Die Traditionen des Hochstifts Freising (Ed. Bitterauf), Nr. 49

In Ego Hiltiprant peccatis meis imminentibus quod incaute aequitante de caballo cadere contigit ita, ut cerebrum rumperem et a medicis disperatus iacerem quibus doloribus coactus, ut dominum meum et inlustrissimum ducem domnum Tassilonem deprecare debuissem, ut ex beneficiis illius aliquid ad ecclesiam tradendi concederetur licentiam. Qui suae largae bonitatis tradendi consensit locum atque consanguinitatis non inmemor et servitutis quantitatem conpensans ut me petitionis remuneraret et servitii in villa quae dicitur Truhtheringa territorium quem Cotefrid iure tenere videbatur et suis amisit culpis ut Baioariorum continet lex atque pactus. Quae et ita fecimus. Praedictum tam pro inlustrissimo duce quam pro meis delictistradedi atque transfundavi ad ecclesiam beatae et intemeratae virginis Mariae atque Christi confessoris Corbiniani sepulchro Castro Frigisingas site praesente episcopo Arbione et cuncto clero, ut in quantitate apud pio domino veniam merear accipere tradidi ut si Quam Inprimis Cundheri presbiter. Ratolt, Pern, Paid, Horsceo, Hemilo presbiteri. Arn, Reginolt, Liutfrid diaconi. Chúno. Súllo. Pópo. Situli Actum in castro Frigisingas in anno XXV. regni domni Tassilonis inlustrissimi ducis sub Ego

Die Traditionen des Hochstifts Freising, Nr. 49, in: Theodor Bitterauf, Die Traditionen des Hochstifts Freising, Band 1: 744 – 926, München , ND Aalen 1905 1967, S. 77-78.
URL: https://werkstatt.formulae.uni-hamburg.de/texts/urn:cts:formulae:freising.bitterauf0049.lat001/passage/1
Heruntergeladen: 2024-07-16